



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 26. Creat Cardinales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Cum Urbanus prope Salernum conse- Sæcul. XIV.  
 difset, Galli ex militari ejus præsidio de- A. C. 1385.  
 liberabant, an eum Clementi traderent: Rayn. n. 7.  
 quem agnoscebant Papam. Grandem ab ex Gobel.  
 isto pecuniam sperabant: nec Urbanum  
 solvendo æri promisso parem videbant.  
 At Raymundus Belsianus copiis omnibus  
 imperans Gallos levatos metu cum Ita-  
 lis, ac Germanis in fide erga Urbanum  
 continuit: qui invenit rationem repræ-  
 sentandi undecies mille florenos aureos,  
 & viginti sex millium cautiones fecit.  
 Hujus pensionis causa comminuere vasa Th. Niem.  
 cogebatur, argento signato carens. Cum c. 56.  
 interim promissæ triremes Genuenium  
 advenissent, in Siciliam, ubi agnoscea-  
 tur Papa, transiit. Messanæ publice le-  
 gendas curavit litteras anathematis in Ca-  
 rolum de Pace contorti: Panormique in-  
 structo cibariis comitatu suo, qui his ma-  
 gnopere indigebat, Genuam mari profe-  
 ctus die sabbati 23 Sept. advenit.

### §. XXVI.

#### *Urbanus creat Cardinales.*

Ibi die lunæ 16 Octobris multorum Car- Rayn. 1385.  
 dinalium creationem denunciavit, pro- n. 3.  
 babiliter postquam comperit recusatio- Sup. §. 21.  
 nem Præfulum Germaniæ, quibus hanc  
 obtulerat dignitatem. Recens delecti  
 plerique fuere Neapolitani: & ecce no- Ughel. to. 3.  
 Cc 5 tiores! p. 208.

Sæcul. XIV. tiores! Primus erat Angelus Acciajо  
A. C. 1385. lus Nobilis Florentinus, primum Rampol-  
læ in regno Neapolitano Episcopus, dein-  
de anno 1383 in gratiam Regis Caroli,  
cujus gratia florebat, Florentiam translata-  
tus, modo per Urbanum Cardinalis Pres-  
byter de S. Laurentio *in Damaso*: anno  
1387 abdicavit episcopatum Floren-  
tium; qui collatus est Bartholomæo Ula-  
rio Minorum Ordinis Ministro Generali.  
Secundus, Franciscus Carbonus Nobilis  
Neapolitanus, Cisterciensis Monachus, ab  
anno 1383 per Urbanum Monopoleos  
Episcopus, nunc Cardinalis Presbyter de  
*Ughel. to. 1. p. 1048.* S. Susanna. Theodoricus Niemius eum  
vocat insignem facrorum nundinatorem.

Tertius, Marinus Bulcanus Neapolitanus Papæ propinquus, Hypodiaconus,  
& Archigrammateus, Cardinalis Diaconus de templo S. Mariæ Novo, ac Eccle-  
siæ Romanæ Quæstor supremus. Quartus, Raynaldus Brancacius Neapolitanus  
Cardinalis Diaconus de SS. Vito, ac Modesto. Quintus, Franciscus Castagnolus  
itidem Neapolitanus nominatus Cardinalis Diaconus, sed sine titulo, quia Genuæ  
obiit 15 Novembris eodem anno. Tres  
alii Cardinales, quorum creationis annus  
est incertus, huc etiam referuntur; Ste-  
phanus Palosus Romanus, in S. Mariæ  
*Ibid. p. 245.* Majore templo Canonicus, per Grego-  
rium XI anno 1374 renunciatus Episco-  
pus

pus Tudertinus, per Urbanum VI designatus ærarii Ecclesiæ Romanæ Præses, ab A. C. 1385. Sæcul. XIV.  
eodem Papa Neapolim eunte relicta Romæ ut Vicarius, demum appellatus Cardinalis Presbyter de S. Marcello. Alter,  
Ludovicus Fiescus Nobilis Genuensis, ab Id. to. 4.  
anno 1384 per Urbanum VI Vercellarum p. 1114.  
Episcopus, postea Cardinalis Diaconus de  
S. Adriano, Vercellensis Ecclesiæ admis-  
trationem servare jussus, quamdiu Pa-  
pæ id placeret. Postremus, Angelus ab  
Anna Sommerivia, seu Laudensi Neapolitanus, Monachus Camaldulensis, Cardinalis Diaconus de S. Lucia.

Qui ex numero istorum Cardinalium Th. Niem.  
Neapoli versabantur, novam dignitatem c. 44.  
suam accipere palam non audebant metu  
Regis Caroli. Diu manebant abditi suis  
in domibus, ne vulgi fabula fierent.  
Multæ urbis matronæ nobiles, quæ illos  
noverant, ajebant aliæ aliis: Percuperem  
tuum maritum videre Cardinalem. Nam  
hi recens declarati omnes dicebantur ha-  
bere concubinas suis in ædibus. Nempe  
Papam Urbanum impetus animi sic præ-  
occupaverat, ut Cardinales Ecclesiæ uni-  
versæ utiles decernere neutiquam cogita-  
ret. Itaque loquitur Niemius.

## §. XXVII.